

cum spiritu salis dulci parata est, quam optimè &
diligentissime dulcifica, deniq; eam siccari sinas,
atque in phiolam capaciorem immitte, vel etiam
in cucurbitam, huic affunde oleum vitrioli ru-
beum, quod ab omni phlegmate sit liberatum, &
priùs per retortam sit rectificatum, ut perspicuū,
& clarum fiat, id est album, ut observare possis,
cum animam solis aggredietur, & solvit, ex qua
in rubrum & amœnum colorem transit. Hujus
verò olei tantam affundē quantitatem, ut sulphur
vel anima solis, in eo solvi possit, tum in Mariæ
balneum pone, ad putrificandum, seu digerendū,
& ignem paulò vehementiorem adhibe, donec
videris animam auri dissolutam & colliquatam,
in oleo vitrioli. Si quas fortè feces in fundo teli-
querit, eas separa ab extracta anima, tum affunde
ulterius & quidē in duplo pondere, essentiæ vini,
vel spiritus vini optimè rectificati, ut te in meo
Testamento docui & institui, vitrum sigillo Her-
metico obsigna, ne spiritus vini exitum sibi quæ-
tere possit, & denuò in Balneum Mariæ colloca
in putrefactionē, moderatissimumque adhibe i-
gnem, mensis unius spatio & acrimonia olei vi-
trioli per spiritum vini imminuitur, & suām a-
credinem amittit, ut unā præstantissima fiat me-
dicina. Hanc medicinam toties per alempicum
distilla, vel etiam per retortam, donec nihil in
fundo cucurbitæ, vel retortæ relinquatur. Et sic
acquires plus quām semiaurum potabile, in for-
ma & colore summè flavescentis liquoris. Inte-
tim nota, quod cum aliquibus metallis, etiam hac
ratione processus potest institui, ut scilicet ex me-
tallo primū fiat vitriolum, ex quo spiritus distil-
letur,